

FRANCISCI ARCAEI
FRAXINALENSIS

Doctoris Medici & Chirurgi, de
recta curandorum vulnerum ra-
tione, & aliis ejus artis præceptis
libri duo.

BX LONGO atque assi-
duo curandi usu multa-
rum, neque tamen vulga-
rium rerum peritiam in
utraque medicinæ parte Dei beneficio
assecutus, & propriam, curationis ar-
tem, & præstantissima quædam in u-
troque genere remedia publicæ utilitatis
studio conscribere in animo statui meo:
& quorundam etiam tum morborum,
tum vulnerum atque ulcerum curatio-
nem addere, quæ in antiquis medicorum
libris, aut desperata prorsus, aut desi-
derata hæcenus fuerant. Continent igi-
tur libelli nostri, præter omnia recentio-
rum vulnerum genera & nova etiam
& antiqua ulcera, atque ea quæ vulgo
fistulæ in pectore appellantur, quorum
quæ

quæ in usu est curatio, phtbificas ple-
rumque, interdum verò in hecticas fe-
bres & ægrotationes eos qui hujusmodi
patiuntur protrudit: quarum nos certam
atque saluberrimam curandi methodum
opere hoc Deo duce docebimus: idem &
in altero de medicina opusculo facturi,
quod ex multorum morborum desperata
hactenus, nunc verò proposita curatione
commendabile fore speramus. Hæc verò
curandi ratio atque hic ordo à nobis ob-
servabitur, ut à capite ad pedes usque
de vulnerum omnium generibus, &
quis brevissimus unicuique curandi mo-
dus, quæ remedia aptissima comperta
fuerint, ostendamus.



D E

D E
I M
inc
fac
niu
ve

N

quam
scripsi
cum p
quæ b
quant
Deo
inven
nerunt
atque
genus
aliis a
mentis
quæ v
aut fas
tur. qu
nem d
quæda
alta fig